



matrigo, cuius sanctimoniam, doctrinamque simul tota antiquitas est venerata, apparuit, et quaenam Catholica veritas esset, edocuit; quod Gregorius Nyssenus (*in eius vita*) scribit, formulamque fidei, qua confutatur, et Arrii scelerata opinio, affinis Samocatheni, litteris commendat. Quocirca et adfuisse tantum virum Concilio Antiocheno, tempore Aureliani Imperatoris, testatur Eusebius. Haec autem formula per Deiparam, Ioannemque Apostolum Gregorio tradita mirifice iuvit omnes Orientales adversus Arrii impietatem. Hinc Basilium (*epistolae ad Neocesarem*) tantum viri auctoritatem saepe in medium profert, et (*epistolae 75*) ac (*libro de Spiritu sancto*), magnamque saepe illum vocat. Huius mirandi viri meminit etiam Nicephorus Callixtus (*lib. 6. c. 17*).

Quod si in hac parte fidem non abrogamus ei, qui vitam Basilii scripsit, et nomine Amphiloehii circumferitur, secundum tempus erit, cum Iulianus Ecclesiae ruinam mediaretur simul, ac moliretur; quo tempore Basilium precibus intentus, vidit Deiparam, quae Mercurio martyri iussu, ut hasta Iulianum transfingeret. Sed quicunque ille fuerit, qui vitam Basilii scripsit, haud curandum nobis: visum namque illud verissimum fuisse multis testimonio Nicéphorus (*lib. 10. c. 35*) confirmat.

Neque vero ad Ecclesiae iolus pacem componendam minus profuit illud tertio loco, quod de Niceta idem tradit: nam cum dissentiret inter se orientales, et occidentales Episcopi ob eicent Ioannem Chrysostomum, maximumque ob id esset in Ecclesia dissidium, aliis alios excommunicantibus, Cyrillusque in primis patriarcha Alexandrinus Chrysostomo infensus esset; in somnis admonitus a Maria, respuit, et pax inter omnes Catholicos conciliata, finisque implacabili, et maximae discordiae datus.

Quantum sit illud, Procopius, et Agathias nullis laudibus extollunt Narselem, is Gothos Arrianos multis a se praелиis fufos, ac domitos, in servitutem, liberata Italia, redegit; motus autem Virginis sanctissimae, cuius ille erat studiosissimus cultor, cunctas victorias reportavit: nihil namque arduum aggrediebatur, neque signa cum hostibus conferebat, nisi de consilio illius, quod Nicephorus idem memoriam prodidit. Quod igitur et tyrannide Gothorum fuerit erepta Italia, quod Ariani haereticus ex illa expulsi, Deiparae debetur.

Quantum sit, cum propter ignaviam Phocae tyranni, crudelitatemque in suos, Persae cunctas Asiae regiones usque ad Chalcedonem recessissent, neque illi reipublicae ruenti opem ferret, Heraclius in Chosroam bellum movit, et accepta Virginis imagine, a Stephano metropolitano Ciziceno, ipsum vicat. Deinde rursus imaginem Christi haud manufactam secum deferens, Persas, qui non Asiam modo, sed et Syria, Aegyptum, Lybiamque, et Carthaginem ceperant, debellavit, in suamque potestatem abduxit, praesidio duarum imaginum Deiparae, et Christi: haec omnia felicissime, rebus iam desperatis, ad exitum perducent, ut Paulus diaconus, qui fuit his temporibus, scribit.

Sextum, cum Copronymus omnium flagitiosissimus Imperator, ac post illum, Leo Armenus, bellum sanctis omnibus indixissent, eorum reliquias omnes exterminarent, catholicos ferro, et igni persequerentur, Virginis interventu aperto contigit, ut Copronymus quidem coelesti igne fuerit arceptus, dumque illo miserabiliter cruciatus, combureretur, exclamarit, se viventem flammis inferis additum, precarique, ut Maria, meritis laudibus, quibus sibi placaretur irata, ornaretur; sed paulo post, impius decessit, ut Auctor Miscellaneae tradit. Rursus, cum Leo Armenus vestigiis Copronymi insisteret, mater eius vidit in somnis Deiparam, quasi in aede sibi in Balchernis Constantinopoli dicata iubere, ut ei propinaretur e vase pleno cruoris, ecclesiae pavimentum cooperientis; quod cum aversaretur illa, Regina coeli dixit: Atqui tuus filius haud finem facit effundendi sanguinis eorum, qui me venerantur, ideoque haud cessat in se Deum, filiumque meum provocare. Hoc visum narrat Zonaras, neque multo post Leo Armenus est interfectus.

Septimum tempus est, cum Fridericus secundus in occidente nihil non ageret, ut potestatem Pontificiam funditus everteret, ferroque et igni cuncta misceret, Oriens autem totus a nobis esset abalienatus, Saladinus in Syria nostros profligasset: tunc enim vidit sanctissimus vir Dominicus iratum generi humano Christum, quasi fulmina in terras missurum, Mariae vero precibus mitigatum desilisse a proposito consilio, quod in eius vita notatur. Et sane tranquillitas maxima ex illo tempore subsequuta, haereticis Albigenensibus, ceterisque innumeris Europam polluentes, extincti: Prussia, Livonia, Lithuania, ceteraque his finitimae Regiones, et in his, quaedam Tartarorum, ut signo de fidei propagatione est explicatum, christiano cultui sunt adiectae: Mahometani ex Hispania tota depulsi: plurimae in Africa urbes, et Insulae, usque ad aequinoctialem circumulum nobis acquisitae.

Octavum tempus est nostrum, quod videtur omnium maxime turbulentum, et quo potissima pars Septentrionis ab Ecclesiae obedientia recessit. Oriens, Africaeque plurimum, et Graecia in potestate est Mahometanorum; atque hoc in primis contigit, ut maxima miracula per imaginem Mariae in Indiis occidentalibus exhiberentur, quibus late Christiana religio propagaretur. Insula Cuba est e maioribus, quas Oceanus in iis oris circumdat; in hac Regulus quidam victorias multas est consecutus adversus finitimos populos, non alia ratione quam quod usus est Christiano quodam duce copiarum suarum. Is autem pergebat in hostes, gestans in pectore imaginem Virginis, ac protinus dissensionem orta inter Indos, praestantior foret imago Mariae, an vero Indicorum deorum, iudicere ad arma veniretur; convenere, ut in lata quadam plantae duo iuvenes hinc inde brachia ad terga ligarentur arctissime, et duo quidem nomine Mariae ab adversaria parte vinculis obstringerentur, duo vero Indicorum deorum nomine similiter ab alia parte

ligarentur, quorum autem manus sponte solverentur, ii victores essent, ac pro veritate crederentur pugnare. Res ita acta, et continuo innumeris videtibus inclamante Regulo: Ave Maria, adstitit matrona mirabili maiestate, quae ad suos appropinquans, et virga manus tangens, illos exolvit, vinculaque se ad alios duos ex adverso positos devinciendo continuo contulerat. Quo pacto, visum est idem certamen renovari, ac rursus idem mirabiliter eventit. Hoc passim divulgatum, plurimos ad Christum traduxit, atque hoc satis, quantum ad Indias Orientales.

Quantum porro ad Occidentales, illud certum anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Vasquium Gemam ab Emmauele Rege missum detexisse Indias Orientales, adituque ad illas aperuisse auspiciis Deiparae, Quocirca Emmanuel rex in ora littoris Olysiptensis templum Virginis excitavit, ut Petrus Maffaeus (*lib. 2. hist. Indicae*), et Osorius primo tradunt. Illud praeterea in Africae locis ad promontorium bonae spei contigit, ut rex Benopolitanae potentissimus Christo se dederit hac occasione, quod in somnis saepe viderit matronam quandam secum loquentem, cuius cum mox imaginem depicam conspicuisset, illa autem Virginis erat, cum plurimis est baptizatus, ut retulimus signo de miraculis in fidei propagatione editae. Atque ex his omnibus constat, visis monitis, et ope Virginis Mariae, aditum semper in maximis necessitatibus Ecclesiam Dei, conservatumque, et amplificatum Christi cultum. Quod cum non contigerit Graecis, ex quo se a nobis alienarunt, neque populis aliis, certissimo colligitur, non esse ex Ecclesia Dei. Neque vero haec spectra falsa dici possunt: e spectris enim falsis Christi cultus haud dilatat, neque illa daemon effingeret, et quibus cognosceret sibi, et suis vires minui, Christo autem, et sectatoribus eius augeri.

## §. LXXI.

Ex liturgia, quam Sexta Synodus Generalis, habita Trullis, agnoscit, ut constat (*ex canone Iacobus de consecr. dist. 1*), hanc historiam Proculus gravis auctor observat, ac suspiciti Apostoli, quos ipsemet Christus noster Dominus erudit, Apostolorumque discipuli, colenda Mariae Virginis, amandaeque rationem, cum ipso nutriciae lacte suverunt. Hinc igitur Ignatius Virginis amore flagravit, ad primum Mariae Dei matris aspectum Ateopogita Dionysius obstupuit, Lucas unam, et alteram divae matris expressit effigiem, utque Mariae lineamenta, qui eam de facie non norant, viderent, divini huius pictoris diligentia, charitasque perfecit. Sanctus quoque Iacobus, Christo moribus, facieque similissimus in sua illa liturgia, et sacrificandi christiana forma, Mariam excellentissimis nominibus appellare non desinit: vocat pretiosorem cherubim, gloriosorem seraphim, et eorum donorum cumulum, quae a Deo Virgo mater accepit, superlata quadam

voce, significat: id enim sibi vult, superbenedictae nomen, quo Dei mater a Iacobo primo Hierosolymae Episcopo compellatur; quum et hortatur populum, ut cum presbitero sacra faciente, non modo reminiscatur Deiparam, sed imploret etiam, atque invocet, id quod verba illa demonstrant: *Commemoremus sanctissimam, gloriosissimam, immaculatam, benedictam Dominam nostram Dei matrem, et sempiternam virginem praeclaram Mariam, sanctorumque omnium memores simus, ut eorum precibus atque intercessione misericordiam consequamur*. Post illa verba sacerdotis precantis Deum, ut sanctorum suorum rationem habere dignetur, sed praecipue Virginis super omnes, ac prae omnibus benedictae: chorus illa subicit, atque respondet, *Dignum est, ut te vere beatam dicamus Deiparam, culpae prorsus expertem, in quam reprehensio non cadit, Dei nostri matrem, honorabilissem Cherubim, gloriosissimam Seraphim, quae Deum Verbum incorrupta peperisti*. Te proinde verissime collaudamus, et magnificis verbis extollimus. Tibi, o plena gratia, rerum universitatis gratulatur, angelorum coetus, et hominum genus applaudit, templum sanctitatis, paradissimum mundissimae voluptatis, qua spiritus ipse reficitur, et animus recreatur, gloria virginum, ex qua Deus corpus assumpsit, et puer factus est, qui ab omni aeternitate sua, vi, et potestate cohaerens, idem et semper est unus. Tum ille uterum suum thronum fecit, coelestique ipsis reddidit ampliores. Tibi, o gratia plena, mundus oclanat, gloria tibi. Haec in Iacobi formula; et si nos non omnia tisdem verbis reddidimus, sententia continetur. Ex hoc fonte suum liturgiarum hortos Basilium, Chrysostomus, Ambrosius interogant. Mariam in tertio quoque verbo compellant, nominant, laudant, invocant, comprecantur: quae Cyrillus Hierosolymus (*in suis mystagogiis*) ponit. Ab hoc eodem Domini fratre desumpsit: *Surgam corda, ab hoc habet Apostolo, quae de immensa Dei gloria Cyrillus idem praefatur, ante sacra mysteria, huc referri debent. Et illud: Orate pro visis, et defunctis*. Quoque Diaconus inclamabat, ante Eucharisticae perceptionem: *Oculumini intenciam in oculo sancto; accepturis illud intonabat: Sancta sanctis: inter sumendum, illud ex Davidis hymno repelebat: Gustate, et videte, quoniam suavis est Dominus*. Syriae Apostolorum primi discipuli in sacro sacrorum, quam missam dicimus, invocationem Gabrielis adhibent, et ea salutari ratione concludunt: *Pax tibi, Maria, gratia plena. Dominus noster tecum, benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus, qui est in utero tuo, Iesus Christus. Sancta Maria Mater Dei dulcissima ora pro nobis, pro nobis, inquam, peccatoribus. Amen*. Extat Aethiopia missa pervetusta, ubi haec est inserta precatio: *Ora pro nobis apud Iesum Christum, ut miseretur antinae nostrae, ora pro nobis in conspectu throni filii tui Iesu Christi; laetare immaculata, vere Regina, laetare gloria nostrorum parentum, quia peperisti nos Emmanuellem*. O vero interiticia, atque sequestra ante Dominum nostrum Iesum Christum; te supplices exoramus, ut memor sis nostri, ora pro nobis, ut delentur iniquitates nostrae.

## §. LXXII.

Italianus Pomerius Ecclesiae Toletanae Praesul. Rodericus eiusdem urbis Antistes, Ioan. Mariana (lib. 6. de reb. Hispaniae cap. 10), eisdem verbis erant preces illae de Virgine: expeclationem partus dicimus: Ex Gallia, Gothica, Pelagius quidam, et Helladius perfecti veteris Helvidici insaniae scintillas in Hispania exsuscitare inceperunt, Mariam Virginem negantes perpetuo virginitatem retinuisse. Horum furorem ne patientia confirmaret, audacia, aut mora, cresceret, malum sibi Ildephonsus impugandum sumpsit, cominus disputando, e minus libro vulgato, in quo perpetuae virginitatis patrocinium suscepit. Ea diligentia, erroris semina dissipata, compressique nefarii eorum in posterum conatus; operae navatae merces, vestis a coclo allata fuit. Cum enim ad nocturnas preces persolvendas mense Decembri ipsa nuper, quae festum Annunciationis diem, nuper a parentibus institutum, praecedebat, templum maximum visum est maiore fulgore micare, quam ut oculi mortales ferrent. Tunc ceteris, alio, atque alio delapsis praeterterere, ad aram ipse progressus, cum nixus de more genibus, preces funderet, in cathedra, unde is ad populum concionari erat solitus, astantem beatam Virginem in augustiori, quam pro humano habitu specie, his cum verbis compellentem audit: cultae in tuo corpore virginitatis, cum mentis puritate, fideique ardore coniunctae, virginitatis defensione praemium erit, ex celestis thesauro, nostroque munus allatum: inter haec verba vestem suis manibus capiti inseruit; haec, inquit, filii mei mea, quae toto animo festa recurrant, celebrato. Comites, receptis a pavore animis, cum ad Praesulem accurrissent, toto iam spectaculo ex oculis sublato, ferme exanimatum invenerunt. Tum metus, tum admiratio vocem intercluserat, oculi tantum in lacrymas solvebantur, quod neque pares beneficio gratias agere posset, neque Virginem alloquio morari. Sic nimirum, susceptas pro pietate actiones, consuevit divinum munus munerari. Cixilla Ildephonsi successor haec omnia memoria propagavit, ex ore Urbani Archiepiscopi, atque Evantii archidiaconi accepta; quibus per aetatem licuit rei gestae miraculo interesse. Lapis, ubi b. Virgo vestigio constitit, in ipso templi Toletani aditu monstratur cratribus ferreis inclusus, rei tantae monumentum.

Accidit praeterea eodem anno, ut Cixilla sentire visus est, aut ut alii malunt, proximo 9. Decembris die, qui dies Virginis Leocadiae memoriae sacer est, ut ad ipsam Leocadiae tumulum, rege praesente, atque Praesule sanctissimo sacris operante, sepulcri lapide, quo tegebatur, et quem vix triginta valentissimi homines loco movere potuissent, sponte sublato, tumulo egresso, Leocadia matrem Ildephonsi tangeret, atque in haec verba prorumperet: Ildephose per te vitic Dominæ meae, tum universo populo metu exanimato, Ildephonsus in Leocadiae virginis laudes effusus, urbis ei,

atque regis patrocinium commendavit, cupidusque rei tantae ad posteritatem certo testimonio propagandae, gladio, quem ex vagina detractum rex ea de causa obtulit, veli partem, quo Virginis caput tegebatur, prorsum se recipere in sepulcrum, absidit. Ea veli pars cum gladio ad hanc diem in sacro Toletani templi aetario conservatur, et visitur.

## §. LXXIII.

Zonaras (in Copron.), Nicephorus (libr. 22. rer. Romae), et reperitur in scriptis s. Ioannis Damasceni: Bonorum, quibus in vita fruimur, fons est nascendi principium, quod habent a Virgine sacra pernulli, quorum duem esse volumus Stephanum illum minorem, qui martyrium passus est tempore Constantini Copronymi propter sanctarum imaginum honorem, et cultum. Historia vera est, et gravis verit e Graeco in Latinum sermonem Iacobus Billius Prunus sancti Michaelis in eremo Abbas doctissimus. Habetur inter scripta sancti Ioannis Damasceni copiosa post tres de imaginibus orationes, nec dubito, quin aliquis Damasceno non dissimilis haec ipsa conscripserit. Sanctus Stephanus Constantinopolitanus civis Anastasii pestiferi Imperatoris vita est tempore, qui alio nomine dicebatur Arthemius. Porro Stephani parentes pii fuerunt, atque religiosi, benignique miseris. Divina iidem templa crebro visebant, donisque, et muneribus sine intermissione cumulatam: nam, estis duxerunt parentes erant filiarum, tamen, quod virili prole careret, foecunditate illam orbibus instar esse arbitrabantur. Quare ab immortalis Deo, rerumque omnium largitore proscabant, ut matrem tandem aliquando procrearent. Dum autem, illo augustissimo die, qui patienti Christo sacer est, pervigilium iuvis de more celebrarent, Anna inelyti Samacis, antiquae illi parenti, nomine, votoque permisisset, cum, ut Scripturae verbis (1. Reg. 2) utar, Deum fons largitur oravisset, et coram Domino preces multiplicasset: et cum Dei Genitricis imagine, in qua tamen venerabatur, agnoscebatur Deiparam, tanquam cum viva disserasset, seque, si quod optabat, consequeretur, quem peperisset, Iesus Christo ipsius filio devotam promississet; sub precandi finem, somno abrepta, matronam, incredibili quadam forma, fulgoreque praeditam cernit, quae ipsius pedem vellit: abi, inquit, in pace, muliercula, erit tibi in utero filius, quemadmodum postulasti: haec ubi est locuta, discessit. Anna surgit, admirans, et eorum memor quae audierat, intima voluplate perfudit. Editio tandem in lucem partu, veluti quodam pacti, promissique praesidio, ad Blachernense templum cum marito profecta, filium ei, quem acceperat, obtulit: cape, inquit, Dei Mater hunc charissimum filium, quem tuo beneficio concepi, peperique nono post mense, accipio, quem tibi, et unigenitum filio tuo, vel ante ipsam conceptionem

dedicavi. Haec cum dixisset, coningentemque manu prehendisset, digito in Virginis imaginem intento, haec ait, vir suavissime, ut desideratum nostrum Stephanum parerem praestitit; ut mascula nobis proles esset, haec ipsa perfecit. Huic ergo postulatam meum credens, atque committens, voti compos evasi. Agnoscebat Deiparae donum ipsius imaginem venerata. Igitur gratis beneficentissimae Dei nostri parenti habitis, actisque domum redierunt. Puer autem, ubi primum ad eam pervenit aetatem, libet explicare historiam, ut Virginis qualia sunt dona, noscamus, quae studiorum capax esset, deductus est ad ludimagistros, apud quos quantum profecerit, res facile declaravit: nam ad egregiam naturam, librorum, et diligentiae quasi pennas adiungebat, et ad doctrinae perceptionem duplicis alae subsidio celerime convolatam, ac veli generosus equus per planitium cursu incitatisimo ferebatur. Illud quidem sedulo agebat, ut non modo litteras, sed virtutem etiam mihi uno, et eodem tempore compararet, illis mentem ut excoleret, haec mores, et vitam ornaret. In sacris acerbis, dum Scriptura legebatur, rectus stabat, totusque eorum quae dicebantur, auditione defixus haerebat. Divi Chrysostomi libros studiosissime lectabat, cuius amore incredibili tenebatur. Haec igitur ratione mores suos ita conformavit, ut os a iuvenando purum servaret, inanem sermonem neque ipse proferret, neque aliis excidere pateretur: a suspitionibus, et earum filiis detractione, maledictioneque vehementer abhorruit: delicias, divitias, falsam gloriam, iactationem fortissime, constantissimeque reiecit: atque ita se in omnibus gessit, ut Virginis donum, mirabileque munus possemus agnoscere. Cum autem ferocissimi Leonis Isaurici impia tyrannis omnia perturbaret, Stephanique parentes, promissi memores, filium adolescentem in Byzantinis monasteriis. Deo militare haud quaquam utile esse iudicarent, ad Auxentianum montem, praeclearum monasticam vitae gymnasium, filium deferre statuerunt: ibi delonsus, ac Christo, et eius Matri ex sponione devotus, magno esse coepit exemplo, atque omnium, Abbatique praecipue viri sanctissimi virtutes imitabatur. Eo mortuo, Abbas est creatus noster Stephanus: quod munus sanctissime gessit, multosque celebres discipulos educavit: Leonis mortuo, ad inferosque detruso, filius Copronymus, longe peior, immaniorque succedit, qui et sacras imagines ex templis, ac vasis sacris erasit, et monachis aeternum bellum indixit. Hoc tempore ad Stephanum se conferebant multi fideles, ut consolatorem in tantis malis invenirent: nam insigne illud Blachernis templi Deiparae impius Copronymus sacris pietatis imaginibusque privavit. Erat in hac aede magnifica eximio, praeclearoque artificio depicta Christi nativitas, et venerandorum mysteriorum divina miracula, descensus ad inferos, et gloriosa Servatoris anastasis inexcipibili expressa decore fulgebant. Quibus omnibus horrendum in modum abrais, atque deletis pestis illa, ac furia, arborum figuras, atque avium formas priorum loco substituit. Et cum turpissimus imperator cum patriarcha

sui simili Stephanum in suam sententiam pertrahere conaretur, eum per Callixtum impium, et nefarium hominem sollicitavit. Legatus, vel leno potius operam in delinendo Stephano perdidit, cui Caesaris nomine, dona blandissimis verbis obtulerat. Offensus ea repulsa Callixtas, quendam ex Stephani discipulis, nomine Sergium, ad conditionem sui praecceptoris alexit, qui pecuniis corruptus, Aulicalamo improbissimo homine socio, sanctissimi Stephani mores, vitamque edito libello famoso proscindit. Stephanum Imperatoris memoriam execrari, eum, haereticum dicere, ac diis devovere, Syrium, ac Vitellium appellare, adversus regis sui maiestatem novas artes, consiliaque moliri; denique cum quadam foemina, cui Anna fuit nomen, eamque Stephanum ipse sacrimoniale fecerat, stupri habere consuetudinem; ad hoc tam impudens, tamque scelestum mendacium corroborandum, Annae ancillulam pecunia corruptam, eique tum libertatem, tum aulici eiusdem nobile concubium polliciti, ut adversus heram, sanctumque Stephanum consentanea dicat, persuaderet. Ergo ad Imperatorem captiva perducitur; sed coram eo obiectum stupri crimen facillime confutavit, et Stephano mirae sanctitatis constans, et fidele testimonium dedit, quae in tenebrosam inclusa carcerem, ac verberibus acerrime cruciata, ut mentitur, adduci non potest. Ubi haec ars irrita cecidit, Stephanum Copronymus cum multis Haeresiaribus committi iubet, quos omnes disputando convicit; quare in Hellespontum relegatur, ubi, cum desertissima quaque insulae loca peragrasset, in spelunca devenit, in qua Christum Iesu aviae d. Annae templum invenit. Hunc locum non sine divino nutu reperisse se ratus, in eo domicilium collocavit, et herbarum inibi nascentium radicibus victitabat. Per idem tempus discipuli ab Auxentiano monte repulsi, sumum pastorem, praeciptoremque indagantes, cum in Proconesum Hellespontum insulam venissent, felici sorte, quem quaerebant inveniunt, cum in Proconesum Hellespontum insulam venissent, felici sorte, quem quaerebant inveniunt, et cum suo se Patre, duobus dumtaxat fugitivis exceptis, placide et amice coniungunt. Quia et mater Stephani eodem cum filia confugit, et monasterium ibidem institutum amplexa, secundo filii Stephani exili anno, socia filia Theodora migrat e vita. Innumerabilia sunt, quae supra naturae vires, divina agentis virtute, in illo Hellespontico secessu patravit Stephanus: ex quibus illud taceri non patiar, quod ad hanc virginalium historiam maxime facit. Quidam miles, nomine Stephanus, genere Armenus, qui dimidia sui parte contabuerat, et praemortui gravitate totus ad terram se inclinabat, miraculorum Stephani fama permotus ad eum venit, ad pedesque Abbatiss accedens, ea postulavit, quae accipere vehementer optabat. Stephanus fidei plenus, et charitatis, cum ei, qui aegrotabat, Christi, et Deiparae imaginum praesens, idque Stephanus aeger effecisset, cum sanum prorsus, et valentem reddidit. Cum ad castra redeuntem Stephanum Proconesi incolae duas imagines, unam Christi, alteram Deiparae ve-

nerari iussum, statim ut obedivit, se valuisse, respondit. Illis auditis, impij, conceleratique socij, manibus horrore complosis, vae tibi exclamant, qui in idololatram incidisti; itaque rem clamant ad Thraciae praefectum, qui habita quaestione, ad Imperatorem, magi loco muneris, ex morbo sano militi Stephanum Copronymum. Miraculo sanitatis parum attente animadverso, militem rogat, num colat imagines? Idola se execrari respondentem, et Christianarum adversus sanctas imagines, religionem hoc convilio haeretico deformantem, Centurionem creat, impietatemque hominis, et ingratisissimi, et inconstantissimi, militari illo honore remunerat. Ultrix lamen Dei iustitia ab iniquissimo desertore poenas illico repetivit, dum enim ab imperatoris aula reversus in equum parat ascendere, ille subito exiliens, nefarium apostatam ad terram afflictum ruina contrivit, neque ante calcibus ac pedibus tundere desistit, quam iugratam, perfidiosamque animam sceleratissimum transfuga vomuit. Tyrannus hoc facto, ira exardescens, Stephanum ad se Proconeso iubet adduci: illud iterans, quod ne exilio quidem mulctatus, sibi temperaret; at Stephanus, cum ad imperatoris tribunal raperetur, pio quodam et catholico nummum pelit, et in cucullum furtim inclausit. Ut eum tyrannus vidit, exclamare coepit, se ab uno homuncione contemni, imperatoriam maiestatem a terrae filio derideri. Stephanus attentione captata, de imaginum sacrarum veneratione cum imperatore graviter, sapienterque disceptat, sacrae Scripturae loca colligit, Patrum testimonia, et Ecclesiae citat Concilia. Deinde Copronymi et insipientiam, et impietatem gravissima oratione cruentat; qui Christi imaginem, non secus atque Apollinis statuam, et Deiparae effigiem, interitae Dianae simulacrum et voce, et pedibus violasset. Negaute imperatore, ab eo, qui conculcet Christi imaginem, Christum ipsum continuo pessumdari, Stephanus illorum more, qui bellica laude praesant, adversarium proprio telo ferire statuit, et in cucullum porrecta manu, nummoque, cui impius ille insculptus erat, extracto, Christi verbis usus; cuiusnam, inquit, haec est imago, et superscriptio? mirante Copronymo, et respondente; quemnam alium, quam imperatorum figura ista refert? quid, inquit Stephanus, refert, si quispiam eam in terram prociatam pedibus terat, poenas ne aliquas luet? quid ni? dixerant qui astabant, cum imperatoriam proculcet effigiem? Hic vir sanctus gravem quandam ex imo pectore gemitum trahens, et magno animi dolore conqueustus: O immanem coecitatem exclamat. Si pro mortalis Imperatoris effigie gravissimas poenas irrogandas esse ducitis, quas tandem cum subiturno putatis, qui Filii Dei, ac Matris ipsius calcari effigiem, ignique tradere non dubitaverit? haec ubi dixit, nummum illum pede, et calce pessamedit, atque itentidem conculcavit. Attamen, qui aderant, imperatoris partem amici, partim administri, ferarum mote invadentes Stephanum, in mare vicinum delicere conabantur, quos Imperator, simulataque patientia cohibuit, Stephanumque

ligato collo, et revinctis post terga manibus, ad publicum Praetorii carcerem amandavit, ut propter violatam Caesaris effigiem, poenas lueret a lege constitutas. In carcere Stephanus, ubi usque ad necis diem praedixerat se esse mansurum, monachos trecentos quadraginta duos invenit, quorum alij praecisis nares, alij exsectas aures, quidam avulsos oculos, nonnulli truncatas manus habebant, quod scripta pro sacris imaginibus edidissent. Itaque ex praetorio monasterium factum esse videbatur. Hoc tempore catholica mulier, et bene in sacras imagines animata, tres Stephano picturas otendit, unam Dei Genitricis, unius filium amplectentis, duas Petri et Pauli Apostolorum, quas, cum religiose suspexisset, atque adorasset, Stephano dedit; accipe, inquit, ut hinc tibi mei, id est, mulieris peccatis obstrictae, memoria reficiatur. Quin etiam singulis, et sabbatis, et Dominicis, panis uncias sex, et aquam, quae ter potanti sufficeret, Stephano eadem mulier afferebat; haec enim cibi, potusque mensio Dei famulo Stephano fuit unaquaque hebdomada per novem menses, et dies aliquot; nisi enim menses undecim exegit in vinculis, tamen moret appropinquante voluit esse ieiunus, suas custodiae socius Stephanus, Petri, et Ioannis, duorum recens martyrurum, exemplam recitabat. Illa Blacherius coniectus in vincula, cum inspectante Imperatore, pro Christi defensione, cultaque imagine nervis atrocissime caederetur, nullum ignavi, ac timidi animi specimen dedit in horribili cruciatu; imo vero Imperatorem libere increpans Iulianum Apostatam appellare non timuit, inque tormentis, duo gratias fervide actis, expiravit. Hic, cum nullo terrore, nullisque minis adduci potuisset, ut Christi, eiusque Matris imagines inturisce haberet, eiusdem imperatoris iussu, sacro insutus, et immanis saxi pondere oppressus, in mare deiecit. Cum vero Stephanus martyrii diem praevidisset, quadragesimo ante mortem die, praecalam illam, hospitalemque mulierem, et eorum, qui una in custodiam dati erant, fidem administram, misericordemque fanteem et benignitatis fructum, velim tibi cum foenore Christi rependat; donec, o benefica mulier, ad quadraginta dies mecum ipse versari, ac memet diligentius excutere cupio, peto igitur abs te, ut panem, et aquam deportare iam desinas, quippe, cum sciam vitam finem imminere, monasticae exercitationis arcum multo vehementius oportet intendere. Ergo dies, noctesque vir sanctus Patres illos, quos custodiae participes habebat, monere, hortarique non desistit, et quos nocturno tempore sacer ille chorus Dei laudes frequentabat, morti vicinus Stephanus nullo dulcius, multoque alacrius modulabatur. Cives nonnulli, qui sanctioris vitae colebant studium, vilibus induti pannis, clam ad Stephanum veniebant, et eiusque doctrina, et colloquio, magna animorum voluptate, fruebantur. In his studiis, et occupationibus pene effluerant dies illi quadraginta, iamque octavas, et trigesimum inchoabat, cum Stephanus suam illam beneficam, et libera-

## §. LXXIV.

lem hospitam, rursus accersitam, coram Monachis, et Fratribus ita coepit affari: Deus, qui misericordibus, et benignis plus centuplo se redditarum promisit, clementibus te oculis aspiciat, et pro tua erga me officio longe copiosiorum mercedem referat. Deinde sacris prolatis imaginibus accipe, inquit, praecalam hoc tuum depositum, quod tibi, et in praesentem vitam adversus omne malum praesidio sit, et in ea, quam expeclamas, tuae erga Deum charitatis, et orthodoxae fidei pignus existat: crastina luce ad alium mundum, aliumque Imperatorem proficiscar. Hic mulier, cum amarum quandam gemitum edidisset, extremamque Stephano salutem dixisset, receptasque eas, quas dederat, imagines linteo quodam obvolvisset, domum reversa est. Interim Deo invisus Imperator, Bacchique cultor, qui cum daemonibus pactum inerat, et se in omnium flagitiosarum voluptatum coeno volutaverat, certior fit a suis de praetoriano carcere in monasterium Stephano auctore converso; itaque inflammatus, atque insano furore debacchans, Stephanum capituli supplicio condemnavit. Irrumpunt in carcerem scelestis administri, ultra se prodentem Stephanum calcibus, saxis, fustibusque contundunt; inde ad templum s. Theodori martyris Stephanus, nedum quidem pietatis immemor, sancti memoriam humi fixus honoravit, cum quidam ex sanguinariis, qui Philomatus appellatur, Copronymi dictorum, factorumque seclatorum, monachos ingluviis, ebriososque semper appellans, praecipiti furore actus, et arreptus exclamat: Cernitis, ut nefandus isle martyrurum mortem exoptet? inter obloquendum, ligno quodam haud parvo, sancti viri quam vehementissime cerebri membranam ferit, quo velut occisus Stephanus, ad caelum advolavit, sed omnipotentis Dei vis illa ultrix apparuit, non enim ut plerumque solet, moram interposuit: nam simul atque Dei vis illa ultrix apparuit, servum carnifex ille percussit, ipse quoque plaga, nescio qua icus humi corruit, dentibusque orrendum stridens, atque ore spumam eiecans, per terram volubatur, graveque hoc Dei flagellum ad extremum usque spiritum, nefarium concussit patricidam. Hoc est martyrio perfunctus Christi hic pugil egregius, primique Stephanus, re, et nomine mirabilis imitator, tertio et quinquagesimo aetatis suae anno, Novembris octavo, et vigesimo die. Ac ne pestilens quidem ancilla, quae et sanctum Stephanum, et heram suam falso, ut diximus, accusaverat, iustum Dei iudicium effugit, eam Auricalanus ut promissa praestaret, metu magis quam fide eundem eorum, qui colligendis Bithyoniae tributis praerant in matrimonium collocavit, praegnans gemellos enixa est. Ceterum sub media nocte repente infantulis arreptis, insolito furore maternis mammillis, horribiliterque comestis hoc prolus necaverunt. Deinde viperini illi foetus pariter extincti perierunt. Verbosiores in hac explicanda historia fuimus, ut virginale donum Deiparae dignum monstrarem; nec aberratum fuit, quandoquidem in hac narratione nulla erant de Virgine proferenda, cuius imaginem coli docuimus.

Caesarius (l. 7. c. 8) haec narrat his verbis: Canonici quidam sancti Caniberti in Colonia, nomine Henricus, vita salis secularis, cum die quadam solus equitare, nubeula lucida viam ipsam, eo introente, transvolavit, vocemque clarissimam de ipsa nube audivit, dicentem: Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra; eratque vox illa tantae dulcedinis, ut quofiescumque postea recorderetur, lacrymis infunderetur. Cum tamen tunc vocem hanc coelitus demissam minus attenderet, vel potius non intelligeret, nocte quodam per visum se stare vidit in cappella domus suae ante altare coram imagine beatae Dei Genitricis Mariae, quam cum verbis angelicis solito salutaret; respondit illa: Ut quid me salutas? homo perditus es, et nisi vitam tuam emendaveris, citius peribis: ego enim, et sanctus Benedictus interessimus pro te, qui cum secundam hanc admonitionem dulcedine vitae secularis abstractus neglexeris, circa tempus sex hebdomadarum tam gravi infirmitate correptus es, ut iungeretur, nec ulla esset spes vitae eius; tunc demum ad cor reversus, et quid audierit, quid viderit, recordatur, fratribus quibusdam Bergensibus Ordinis Cisterciensis ad se vocatis se reddidit, qui in proximo Pascha monachus factus est, meritisque et precibus beatae Virginis Mariae se illuminatum usque hodie gloriarur. Apollonius, cuius fuit uxor illa facta de nube, et qui sensus eius? Caesarius, quantum ex iam dictis colligitur, beatissime Mariae, et sancti Benedicti: orabant enim Christum, ut sicut voluntas eius est in caelo, id est, in iusto, ita et eius voluntas, quae semper bona est, fieret in terra, hoc est, in illo invenire tunc peccatore. Nec mirari debes, si peccatorum per eam illuminantur, quia sicut nomen eius, ita et laus eius in fines terrae: Maria enim interpretatur, Stella maris, sive illuminatrix. Quod vero desperasti, et contra omnem gratiam indurasti, per ipsam ad confessionem, et veniam reparantur, praesto sunt exempla nonnulla.

## §. LXXV.

Idem Caesarius (cod. lib. 5): Simile beneficium consecuti sunt duo pauperes Parisiis a b. Virgine Maria, sicut mihi retulit Lambertus monachus, qui eodem tempore ibidem dicit se studuisse. Cum enim collecti fuissent in hospitali, quod situm est ante eius oratorium in paradiso, viro cuidam religioso eiusdem hospitalis ministro ipsa Virgo benignissima, cui cura est de omnibus, apparere dignata est, dicens: bone pater, vide ut diligentia ac custodia adhibeatur illis duobus pauperibus, quia in pericoloso statu sunt, et daemones cum multa sollicitudine circumvent, quomodo eis nocent: quod cum indicasset sacerdoti, et ille eos ad emundationem conscientiae hortaretur, semel, ac secundo, nec proficeret, tandem se subiunxit:

miseri, ego novi vos esse in peccatis gravissimis, citoque moriemi, et nisi confessi fueritis, in tabulis gehennam, poenis aeternalibus cruciandi. Illi vero territi, et quod credibilis est, precibus b. Dei Genitricis Mariae illuminati, peccata sua confessi sunt, moreque christiano decedentes, daemoniibus luctum, et sanctis angelis gaudium fecerunt in coelo. Apollonius: Valde laetificat ista. Caesarius: Non solum peccatores fidem sine operibus habentes, per ipsam, ut probatum est, illuminantur, imo etiam apostatae a fide, quod signum est maioris misericordiae, per eam Christo reconciliantur. De hoc habes manifeste exemplum (*in dist. 2. cap. 42*) de iuvene, qui iuxta Florentiam Christum abnegans, et diabolo se reddens, eius precibus pervenit ad indulgentiam. Simile legitur de Theophilo Alexandrino. Apollonius: Quia iam ferus sermo satis protractus est de beneficiis eius circa peccatores, ut exemplis mihi ostendas quantis, et qualibus per eam iusti revelationibus consolentur. Caesarius: Quam mirifice iustos sibi servientes sancta Dei Genitrix Virgo Maria consoletur, et ex paucis, quae subiciam, cognoscere poteris exemplis.

## §. LXXVI.

Idem Caesarius (*cod. lib.*): Monachus quidam, sicut frequenter contingit, cum nocte quadam dormire non posset, diceretque orationes suas, contemplantus est in dormitorio foeminam miri decoris, quae dum dormitorem lectos circumiret, singulis benedixit, uno tantum monacho neglecto, quem non respicere curavit. Hunc vigilans, diligentius notans, cum visio ei fuisset intimata mane, confessus est, quod eadem nocte inordinate iacuisse, aliqui sibi de rigore ordinis relaxando; non mihi dicere potuit magister meus, utrum cingulum deposuerit, vel caligas demiserit, sive tunicam denuderit. Apollonius: Si pro culpa tam modica, monachus iste gratia benedictionis privatus est, puto eum dignum esse poena, qui ordinate et impudice iacere dormiens consuevit. Caesarius: de hoc terribile satis habes exemplum (*in dist. 5. cap. 35*) de quadam converso, quod diabolus impudice dormientem, in forma monialis deosculabatur, qui mox infirmatus, infra triiduum mortuus est: dormientes enim et peccare possumus, et mereri, intellige denominatione sumpta ab actu praeterito in vigilia, quae enim vigilando cogitamus, sive ad quae movemur, sive bona sint, sive mala, eadem nobis saepe per somnia occurrunt; sicut caena, dum trahitur et iactatur, pulsus pulsus impellit, ita in dormiente praecedens cogitatio, motus sive consensus, opus bonum, vel malum inducit. Apollonius: Placet quod dicis: procede nunc de consolationibus infortunum.

## §. LXXXVII.

Idem: In Arnsburg domo, Ordinis Cisterciensis fuit quidam Frater devotissimus erga beatam Virginem Dei Genitricem Mariam. Hic dum aliquantum temporis in eius domo servitium peregrisset, aestu cordis incredibili coepit auxiliari, aliquam sibi specialem visitationem a Matre misericordiae cupiens impetiri. Igitur quadam intempestae noctis hora, dum in strato se ad requiescendum collocasset, oculis somnum non capientibus, toto cordis affectu fiducialiter invilare coepit b. Virginem, ut de alta polorum sede descenderet ad se invisendum. Tum repente e caelo prosiluit, et pomarium quoddam dormitorio contiguum ingreditur, in quo aliquantum resedit, oculis cordis, et corporis sursum erectis: tum ecce Virgo pulcherrima ingreditur, his eum verbis alloquens: Nunquid non desiderabis audire cantum meum? quo respondente: desidero; tam dulciter modulata est, ut vix aures humanae sufferre possent. Melodia autem illa terminata, vale dicens Virgo, abiit: et post pusillum, vidit aliam virginem ingredientem ad instar prioris nimio fulgore micantem, quae etiam dulcem melos cecinit, et recessit. Quae intellexit fuisse beatam Catharinam, et Agnetem. Et post parvum intervallum, ecce gloriosissima mater misericordiae Maria, per semetipsam visitare dignata est devotum sibi famulum; quae etiam omnes sibi in veritate servientes, neque hic, neque in futuro sua gratia destituit. Venit ergo circumvallata agminibus angelorum, omnem terrae noctis horrorem vultus claritate ac splendore lampadarum fugans; propiusque accedens, blanda voce cum compellere coepit: o frater charissime, si placuerit, qualitercumque recompensabo devotissimum famulatum tuum dulci melodia. Beata itaque Virgine melos praeciente, Frater ille, quasi in extasi lapsus, in faciem corruit, et omnis illa visio disparuit. Interim Fratres ex more ad matutinalem surgunt synaxim, praedicti Fratris absentiam vehementer admirantes, quia nunquam divinis officiis se subtrahere solitus erat, nisi gravi infirmitate depressus, vel quolibet utili negotio occupatus. Qua propter, quia reverendus omnibus habebatur, officinas totius monasterii perustrantes, tandem in praedicto pomario repererunt vultum habentem in terram demissum; quem levantes, et in lectum deponentes, omnem diligentiam adhibuerunt: qui sospitati redditus, per praecceptum Abbatis sui coactus, omnem rei ordinem pandere coepit. Qui postea non ingratus beneficiis sibi collatis, reliquum tempus vitae ferventius in Dei servitio, atque eius piissimae Genitricis pericet: tandemque sine beato requievit. Haec mihi relata sunt a religiosa vidua sorore eiusdem Fratris, quae omnia testata est se veraciter intellexisse.

## §. LXXXVIII.

Idem Caesarius (*ibid. cap. 24*): Ante hos annos, cum Catholici contra Albigenes haereticos

fuisset signati, et iam non modicum ab iisdem essent eidem haereticis exacerbati; duo honesti clerici per terram illorum transeuntes, cum ecclesiam vidissent in via desolatam, ait unus alteri: Sabbathum est, intramus ecclesiam hanc, et dicamus missam in honorem Dominae nostrae: porlabant enim secum librum, calicem, et indumenta sacerdotalia. Antequam esset missa celebrata, haereticis proditi sunt, qui, armata manu intrantes, et sacerdotem de ecclesia trahentes, linguam eius radicibus abscederant: quomodo socius cum multo labore Cluniacum dedicans, monachis commendavit. Illi vero sicut viri catholici, et religiosi sacerdotem catholicum, devote suscipientes, omnem ei humanitatem exhibuerunt. In nocte vero Epiphaniae, cum solibus decantarentur vigiliae, baculo parietem pulsans, ministros advocavit, qui eum quaerere quid vellet, et ille se in oratorium deportari signaret, volentes ei parere, non acquieverunt. Tandem importunitate eius faediati, in ecclesiam cum ducentes, ante altare quoddam deposuerunt; qui cum Matrem misericordiae tota mentis devotione invocasset, illa ei apparsit, et carnem, linguae formam habentem, in manu tenens, respondit oranti: quia propter fidem Filii mei, et honorem mihi exhibitum, lingua tua privatus es, ecce novam tibi restituo: aperti ergo os tuum; quod cum fecisset, digitis oris eius immissis, radici linguae praecise eandem carnem coniunxit, et univit; sique disparuit. Qui mox cum angelo in vocem laudationis erumpens clara voce clamavit: Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, usque ad finem; quam salutationem cum crebris repeteret, stupentes, accurrere ministri, accurrerunt et de choro monachi, de tam puro et tam lucido miraculo Deum, eiusque Genitricem glorificantes. Non immemor collati sibi beneficii clericus in eodem coenobio factus est monachus. Cum Ioannes Scholasticus Xantensis circa idem tempus esset in provincia Albiensium cum exercitu Domini, audiens de tanto miraculo, in redita Cluniacum venit, iam dictum monachum sibi ostendi petivit, et obtinuit; linguam vidit, ab eius ore, quae dicta sunt, audiens. Sicut nobis retulit idem Ioannes, reliqua carne candidior est, in loco praecisionis servans cicatricem. Huius miraculi testis est universus Cluniacensis Conventus usque hodie.

## §. LXXIX.

Idem Caesarius (*ibid. c. 25*): Adam sacerdos, et monachus in Lucka, cuius supra meminimus (*c. 17*), considerans, me in huiusmodi miraculis delectari, ex multa charitate mihi de seipso retulit, quod dicitur sum: Cum, inquit, essem puer, ita caput habebam scabiosum, ut prae foetore putredinis eius mecum sedere vel legere scholares recusarent: prima oratio, quam didici, salutatio erat angelica, adhuc puerulus satis eam frequentans. Cum apud Monachum

sterium Wespaliae positus fuisset ad litteras, et cundo ad scholas, sive ad matutinas quotidie transire per quendam ecclesiam conventualem, ex necessitate viae sine intermissione, ante oratorium in honore Dei Genitricis Mariae dedicatum cum tribus venis totidem feci salutationes. Nocte quadam pulans ad matutinas fuisse compulsatum, surrexi tremens, et cum venissem ad iam dictum monasterium, essetque oratorium clausum, tribus vicibus secundum consuetudinem genuflectendo, Dominam nostram angelico versiculo salutavi. Surgens vero inventi osium apertum, et tanta erat in ecclesia claritas, ut fulgore meridiano assimilaretur; quam cum stupidus intrassem, vidi ante altare septem matronas pulcherrimas residentes, unam in medio, quae ceteris clarior erat, et sex hinc inde, id est, tres a dextris, et tres a sinistris: media vero me vocans, cum propius accessissem, ait: bone puer, quare non addidit cura capiti tuo? respondente me: Domina satis circa me laboraverunt amici mei, sed nihil profecerunt; subiunxit illa: nosti, quae sim? cui cum dicerem, non; Domina respondit: ego sum mater Christi, et domina huius oratorii, quia mei memoriam solitus es habere, ego tibi curam adhibeo: accipe fructus ligni fusilis, et fac tibi hodie ex eo lavari caput tribus vicibus ante missam, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, statimque curaberis: ad me accede Adam, quod et feci. Plectente me coram eo genua, manum super caput meum ponens, ait: ab hac hora usque ad diem mortis tuae non dolebis capite. Mane vero cuidam Fratri, qui me nutritivum, illi apparuit, et foeminam simplicem familiariter alloquens, die quadam in huiusmodi verba prorupit: Nunc venio remunerare te. Requisita eodem tempore a confessore suo, quomodo haberet, cum ei responderet: optime: Sacerdos, sicut vir prudens, fiduciam responsionis eius considerans, causam inquisivit; cui cum confiteretur, quod ab angelo Domini crebris visitaretur, sciens ille, docente Apostolo, angelum tenebrarum se transfigurare in angelum lucis; respondit, quando angelus denuo visitabit te, dices: rogo, Domine mi, ut Dominam meam sanctam Mariam mihi ostendas: quod, si fecerit, visa ea, genua flectes, et dices: Ave Maria gratia plena, etc. et si tunc substituerit, fictio non est; sin autem, scias, tibi a diabolo illud. Quae, cum fecisset,

## §. LXXX.

Inclusa quaedam, sicut mihi retulit superior noster, qui illum novit, diu a daemone sub specie angeli illudiebatur; non ei data fuerat discretio spirituum; diabolus saepius falsa quadam circumfusa claritate, illi apparuit, et foeminam simplicem familiariter alloquens, die quadam in huiusmodi verba prorupit: Nunc venio remunerare te. Requisita eodem tempore a confessore suo, quomodo haberet, cum ei responderet: optime: Sacerdos, sicut vir prudens, fiduciam responsionis eius considerans, causam inquisivit; cui cum confiteretur, quod ab angelo Domini crebris visitaretur, sciens ille, docente Apostolo, angelum tenebrarum se transfigurare in angelum lucis; respondit, quando angelus denuo visitabit te, dices: rogo, Domine mi, ut Dominam meam sanctam Mariam mihi ostendas: quod, si fecerit, visa ea, genua flectes, et dices: Ave Maria gratia plena, etc. et si tunc substituerit, fictio non est; sin autem, scias, tibi a diabolo illud. Quae, cum fecisset,

sicut fuerat edocta, ait diabolus: ut quid desideras videre illam? bene tibi sufficere debet praesentia mea: illa forsiter instante, opere diabolico, virgo mirae pulchritudinis se oculis eius obiecit, qua visa, mox ad pedes eius inclusa se prostravit, et contra phantasma angelicum salutationem proferendo, in turbatione illud resolvit: quam tamen inimicus evanescentem in tantum terruit, ut amens facta, vix post annum dimidium, multorum precibus adrita, sensum reciperet. Vides nunc, quanti sit ponderis nomen Mariae: Apollonius: Bene video, et non sine admiratione tam ex praesenti, quam ex praedictis exemplis virtutem eius considero. Caesarius: Invocatio huius nominis, non solum corruptiores mentium, id est, daemones, sed et corruptores corporum, scilicet, malos, ac libidinosos homines enervat, ut infra patebit.

## §. LXXXI.

Idem Caesarius (*ibid.* cap. 38): In Longobardia, in quadam domo Ordinis nostri, quae Carixtus dicitur, ante paucos annos monachus quidam exiit, nomine Bertramus; iste, tam reverenti motu charitatis Dominam nostram sanctam Dei Genitricem amabat, ut non sine magno cordis cruciatu audire possent, si forte dubitative quis diceret, vel legeret de corporali illius Assumptione. Cum iam exegisset in Ordine quindecim annos, adhuc juvenis aetate in vigilia Assumptionis eiusdem gloriosae Virginis rogavit Abbatem, ut sibi liceret ire ad vicinam grangiam, dicens se non posse audire neque sermones Hieronymi in choro, neque sermonem in capitulo, timens, quod praedictum est: erat enim grangiarum Abbas sanctitatem eius turbare timens, annuit eius petitioni: cumque venisset iuxta grangiam, angelus Domini mirabili modo illum rapuit, et ad spatium unius dietae iuxta parvam quandam ecclesiam vicinam salis Castro fratris sui carnalis, viri nobilis, depouens, disparuit. Equis vero, qui cum sederat, admirans, ubinam esset, vel qualiter ad illum locum devenisset, invenit quidam splendidus de ecclesia exiit; et quia Dominam nostram ipsi cyrus Ecclesiam ingredi mandaret, voce clara nunciavit. Ingressus Ecclesiam, vidit sanctam Dei Genitricem Virginem Mariam in corpore glorificato, in sede miri decoris residentem. Sederant circa illam diversi ordines Sanctorum, patriarchae videlicet, prophetae, apostoli, martyres, confessores, virgines, viduae, et contigens; erat autem hora nona: quem Virgo beatissima salutans, familiariter ait: Bertrame, meliores sermonibus Hieronymi hic audies sermones. Dieta nona, a circumsedentibus per intervalla dictae sunt et reliquae horae, vesperae videlicet, completorium, matutinae, laudes, prima, tertia, et sexta; eratque psalmodum, sive reliquorum tantum melodia tam suavissima, et veram tantam concordiam, ut sermo nullus ex-

primero posset. Deinde, vultum iucundissimum ei exhibens, voce hilari ac dulci sic ait: Bene scio, Bertrame, quare nunc egressus sis de claustris, noveris pro certo, me in itaque substantia, id est, corpore, et anima glorificatam, et die quadagesimo a mortuis resuscitatam. Apollonius: His verbis concordat visio Dominae Elisabethae de Scovavia, in qua legitur, sub eisdem verbis Dominam nostram et resurrectionem suam revelasse. Caesarius: Tanto amplius fides adhibenda est huic visioni. Mox ut beata Virgo verba praedicta protulit, conventus ille coelestis disparuit, et monachus in loco suae sessionis se solum invenit. Nunc divino germanus eius, de quo supra dictum est, adveniens, cum solum illum ibidem reperisset, et quid ibi solus sederet, vel unde veniret, interrogasset; omnia, quae circa se gesta erant, ne laicum scandalizaret, pro ordine recitavit. Tunc ille: expectare hic, frater, donec equum vobis adducam. Mira res, festinante illo ad Castrum, angelus Domini in momento, in locum, de quo tulerat, illum repositit. Reversus miles, cum non invenisset, quem dimiserat, apostatam sive electum, illum aestimans, ad monasterium cursavit, ad quod diei completorio veniens Abbatem vocavit, et ubinam frater suus esset, requisivit. Cui cum Abbas signaret, ut expectaret usque mane, et ille responderet: scio, quia eiecitis eum, minareturque monasterio, rupto silentio, respondit Abbas: per licentiam meam ad proximam grangiam equitavit, non dubito quia tibi sit. Iterum simul et in cappella conversorum orantem invenerunt, et cognoverunt ex testimonio illorum, quia eadem hora, quae miles eum iuxta Castrum reliquerat, eandem grangiam intraverit. Apollonius: In his, quae dicta sunt, parem hunc iudicio virum duobus antiquis prophetis, Ezechiel scilicet, et Habacuc, ex quibus unus mirabiliter vidit quae agebantur in Ierusalem; alter vero de Iudaea subito translatus est in Babylonem. Caesarius: Aliquid amplius in isto considero: magis miraculosum videtur, corpus glorificatum, sive coelestes ordines oculis corporeis posse videre, quam in spiritu; qualem visionem se Ezechiel vidisse testatur. Apollonius: Consentio. Caesarius: Maiorem iudicio visionem, quae sequitur: Die quadam angelus Domini ex parte Abbatis signum ei fecit, ut ad portam veniret: secutus est ille praecedentem, et cum ad portam non invenisset Abbatem, eodem signo angelus eum traxit in campum, qui cum miraretur, quoniam esset iustus, et ille signis ex parte Abbatis se quentis nimis esset importunus, venerunt ad quosdam montes sublimes, quibus transmissis, locum ingressi sunt amoenissimum, arboribus, et diversi generis floribus nimis deliciosum: erat enim paradisi terrestris; inter caetera, quae ibidem vidit, duos senes splendidos, Enoch videlicet, et Eliam aspexit, et agnovit: tenebantque in manibus librum maximum litteris aureis scriptum, uno tantum folio vacuo; et dixit ei angelus Domini: iste est liber praedestinationis, continens omnia nomina electorum, qui ab initio mundi usque ad diem hanc nati sunt. Cum autem folium, quod vacuum cernis,

## §. LXXXII.

perfectum fuerit, mundus consummabitur; et ostendit ei nomen suum, quod cum legisset laetus, adiecit: nunquam delebitur nomen tuum de libro hoc: iste est liber, de quo David dicit (*in Psal. 13. 7.*): *Et in libro tuo omnes scribentur*; et Dominus in Evangelio: *Gaudete, et exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelo*. Apollonius: Si in libro soli electi scribuntur, quid est, quod idem propheta de reprobis dicit: *Deleantur de libro viventium*. Caesarius: Psalmista hic alloquitur secundum spem illorum, qui de sua praesumentes iustitia, putant, se ibi esse scriptos. Quod autem nullus reproborum in eo scribatur, mox ostendit, cum subiungit: *Et cum iustus non scribantur*. Apollonius: Placeat, quod dicis; sed rogo, ut si quid adhuc nosti de hoc beato viro, dicere mihi non differas. Caesarius: Tempore quodam, cum esset in oratione, beatam Genitricem Dei ex opposito sui supra cepitem virentem stare conspexit: et ecce fons aurei coloris e regione cum impetu effluens, rivulum suum ad pedes eius dirigebat: cuius lapilli lapides erant pretiosi, smaragdi videlicet, carbunculi, topatii, saphyri, et hyacinthi. Cumque de visione miraretur, ait illa Domina nostra: nosti Bertrame, quid ista significet? dicente illo: non, Domina; respondit: fons iste aurei coloris, Ordo Cisterciensis est, qui, sicut aurum reliqua metalla, ita ceteros Ordines tam dignitate, quam sanctitate praecellit: illis iam ex magna parte fluentibus a me, iste speciali quadam praerogativa dilectionis, non cessat fluere ad me: lapilli pretiosi, quot vides rivulo manare, speciales amici mei sunt, in Ordine, et in obsequio meo, plus ceteris ferventiores: sicutque disparuit visio in oculis eius. Omnia haec recitata sunt Abbatibus tempore Capituli generalis. Multa alia vir iste beatus vidit, et egit digna relatu, quae mihi non sunt recitata. Apollonius: Miror, quare non sit aliquis vir tam sanctus in Ordine passus tentationes? Caesarius: In principio conversionis suae, ut auidi, de cibis regularibus plurimum tentabatur, sicut vir nobilis, et delicatus. Haec cum dixisset Abbati, intelligens ille ex munditia conscientiae eius, Spiritum sanctum esse in eo, respondit: roga Deum, quod vis, et non negabit tibi. Oravit ille, et exauditus est: ab illo tempore in tantum delectabatur cibis regularibus, ut de licentia maioris abstinentiae Abbati foret importunus. Apollonius: Beati sunt claustrales, qui ad tantam familiaritatem Dei Genitricis admittuntur. Caesarius: Non solum claustrales, immo etiam, et personas saeculares se diligentes, mater pulchrae dilectionis diligit, et honorat, ex quibus occurrit, beatae memoriae, Walterus de Birbach, cuius supra in diversis locis meminimus; quem non solum inferioris ordinis homines, sed et reges, et principes, nobilisque venerantur, audientes beneficia a Matre misericordiae illi concessa. Apollonius: Cuius fuerit professionis vir iste, ex superioribus novi; sed quis fuerit, vel qualem duxerit vitam ante conversionem, sive conversionem in Ordine, scire desidero. Caesarius: Quicquid de illius actibus memoria dignum novi, fida tibi pandam relatione.

Idem Caesarius (*ibid.* cap. 39): Walterus de Birbach villa oriturus, exiit vir dives, ac potens, et nobilis valde, consanguineus Henrici ducis Lovanii, qui cum esset militiae saeculari, adhuc aequale florens, delituit, et in a strenuus satis, atque nominatus, Dominum nostram sanctam Dei Genitricem, semperque Virginem Mariam ab ipsa puerilia coepit invocare, et ex intimo cordis affectu diligere, atque ieiuniis, elemosinis, et missarum celebrationibus honorare: licet enim corpore deditus esset, ut dictum est, torneamentis, corde tamen totus erat in obsequio b. Virginis. Tempore quodam, cum praeperat ad quoddam torneamentum, milites habens in comitatu, venissetque ad ecclesiam quandam, illos, ut missam audire vellent, hortabatur: quod cum recusarent, moram tantam sibi periculum esse praetendentes, illis recidentibus, ipse mansit, missam de s. Maria sibi cantari fecit, et obtulit, sicque socios insecutus est. Cui cum aliqui de torneamento occurrerent, et hoc ex responsione illorum cognovisset, subiunxit: est ne adhuc inceptum? dicentibus illis: etiam; respondit: quis fortius sibi agitis? Dominus Walterus, inquit, de Birbach, ipse in ore omnium est, omnibus praefertur, et ab omnibus laudatur: aliis vero occurrentibus, et similia dicentibus, stupens admirabatur: quidnam hoc portenderet: actum esse ineffabili pietate b. Virginis, ut militem devotum in obsequio suo, tardantem interim torneamento honoraret, eiusque absentiam mirabili quadam virtute suppleret. Veniens tamen ad locum, armavit se, et intravit, sed nihil magis illi egit: ludo vero expleto, quidam ex militibus, hospitium eius intraverunt, et ut secum mitius agere dignarentur, precabantur: quibus cum diceret: quae est causa petitionis vestrae? responderunt: hodie cepistis nos, et rogamus, ut bene nos tractetis. Waltero neganti, ac dicenti: Ego vos non cepi; responderunt: In rei veritate nos hodie dextris vobis dedimus, nos signa vestra militaria ibi vidimus, nos vocem vestram ibi audivimus: et cognovit statim hoc actum fuisse gratia b. Virginis, quam honoraverat in missa. Apollonius: Cum sit mortale peccatum ire, et exercere torneamenta, quomodo b. Virgini placere poterunt oratio, et oblatio Walleri. Caesarius: Duo ibi committuntur peccata mortalia, superbia scilicet, et inobedientia: superbia, quia fit intuitu laudis humanae, et inobedientia, quia fit contra prohibitionem Ecclesiae: unde in torneamentis occisi extra coemeterium fidelium sepeliuntur. Cum autem obsequium praedictae missae Waltero potuisset esse meritum vitae aeternae, si factum fuisset in charitate, nunc transiit in mercedem temporalem: opera enim bona, id est de genere honorum, temporalibus remunerantur. Homo etiam per illa, ut quidam ex Scripturis probant, habitum se reddit ad gratiam suscipiendam. Hoc verum esse, sequens probat exemplum. Cum alio quodam tempore, nundinas illas execrabiles quaereret, et inter multos stans, missam audiret,